

riantes Lectiones, Emendationes, Annotationes & Indices Necessarii. Curâ & Operâ Johannis Potteri, A. M. & Collegii Lincolnienſis Socii! Oxonii, è Theatro Sheldoniano, An. Dom. 1697.

I. *A Letter from Dr. Charles Morley to Dr. Bernard Conner, F. R. S. giving an Account of the Bones of a Fœtus voided per Anum, ſome Tears after Conception.*

Quoniam Literas meas, Vir Doctiſſime, de præternaturali Fœtus excretionē nuper ad te conſcriptas coram Illuſtriſſimâ Societate Regiâ communicare tibi viſum fuerit, quin & inſuper à me exigis ut in ejuſdem monſtri diſquiſitione ulterius proſequendâ perſiſtam. En tibi quicquid ſuper hac re comperire potuit ſumma mea diligentia: Ego enim cum puerperium iſtud Quadraginta pænè Annorum interuentu à nobis remotum eſſe conſiderarem; licet metuerim ut circumſtantiæ omnes tanto temporis ſitu obſcuratæ in lucem vindicari à nobis ægrè poſſint, ut veſtræ tamen expectatiōni, & ſingulari meæ erga Societatem obſervantiæ aliquantulum ſatisfaciam; tentanda omnia, & adeundas illico omnes cenſui, ſiquæ oculatæ olim teſtes, caſum tam memorabilem & certiùs confirmare poſſent, & plenius patefacere: Rem itaq; omnem prout ab ipſius Puerperæ amicis & familiaribus relata mihi erat, ſic Accipe Mulier quædam plebeia, ſed non inconcinna, Nomine Maria Kid, 30 circiter Annos nata, Fœtus antea enixa, habitans in pago dicto Swaſy, &c. circa Annum 1658. imprægnata cepit utero ingraveſcere, per totum Gravidatiōnis

tionis decursum ordinaria Symptomata, suo quoque tempore, se ostendebant; obstetricem tandem accersit, & expectatos parturientium dolores passa est: Quod cum post aliquot dies nihil promoveri sentiret, & remittente dolore omni superesset tamen abdominis Tumor; admirabunda animi, ad usitata tamen munia sese confert; Excurrit alter Annus integer, at illa à ventris onere neutiquam liberata est, excurrit & semialter, manent miseriæ. Attonita itaque Mulier, & quo se vertat ignara, opem tamen aliunde petendam sibi esse non ignorat, & Morbum suum extraordinarium extraordinario remedio tentat abigere: Erat enim tunc temporis in oppido Sti. Iovnis Rusticus quidam, & absurdus planè, sordidusque homo, qui cum filius esset natu septimus, id est à Patre masculinâ virtute pre-dito in numero mystico progigneretur; occultâ qualitate in medicum non incelebrem fortunatò evaserat, & proprietate nascendi consecratus est in Arborum terriculamentum: Hic vir itaque; sive Arcanum hocce Medicum, cum ad Miseram accerseretur, non ingrato quoque medicamine, sed mera loci affecti attractione opitalaturum se pollicetur. Creditit Ægra, (tantum religio potuit suadere) convocatis itaque; vicinis mulierculis, discissâque; circa utrumque; hypochondrium camisâ ventrem suum ambabus Manibus demulcendum Ægra præbuit: Ista vero uteri quasi Benedictione finitâ, cystim ligneam parare iussa est, & quicquid utero exiret, in eâ recondere: Nulla mora, in præsto stat arca; post duas circiter hebdomadas Officulum non per uterinas vias, sed per Anum rejicitur, & per aliquot temporis intervalla Alia permulta excernuntur; quamdiu enim ultra statutos gravidationis terminos utero intumuerat Mulier, tantundem plane temporis in deficientis istis sedibus offeis emensa est. In Arcam omnia religiosissime reponuntur ossa, quorum tantus erat numerus, tot distinctæ apparebant calvariæ, ut tres Fœtus in utero materno tam diù intumulatos jacuisse omnes exisset.

Existimarent : Quæ enim Arcam istam cum Contentis & viderunt, & apud se aliquandiu asservarunt, multa in promptu mihi sunt Testes, fide dignæ ; at in Quarum manibus ultimò resedit Arca, neque exploratione ul. à hætenùs indagare potui, neque ulterius explorare superfedebo. Ipsam vero matrem post tam diuturnas cadaverosi partûs ærumnas incolumen tamen præstitit in pueris, venter integre, & quem priùs abscessum pro Fætûs exitu molita erat, eadem jam refarcivit, & sic Quæ priùs obstetricis, jam Medici partes agebat. At tantis beneficiis frui nesciuit inconsulta Mulieris temeritas, post duos enim Annos cum ad Nundinas Sturbrigenses prope Cantabrigiam habitas, Equo succussore veheretur, recrudescente, ob motus violentiam ulcere Extincta est.

Sum Tuus, &c.